



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 9. De effectibus Baptismi,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

suam voluntatem accipitur ex alieno facto lictio, à quo alter non tenebatur abstinere ad vitandam iniuriam inferendam baptizato, cui melius est, sic finire vitam mortalem, quam ab æterna excidere.

Quartum documentum est: Si in eodem casu immineat baptizandi mortis periculum, non ideo ipsum excusari ab obligatione baptizandi, quando eam impleri, vel fidei defensio exigit ut si in illius odium vis illa inferatur: vel honor Christianæ religionis id ipsum requirit: ut cum fidelis nequit metu mortis collationem ipsam baptismi omittere sine magno scandalo, & ignominia religionis, vel denique virget obligatio præcepti charitatis, qua proximo de æterna salute perlicitanti, teneat vitam meam temporalem postponere.

Quintum documentum est: Quando non versatur quis in mortis articulo, & exteriori infertur vis ad impediendum ipsius baptismum, hic sine peccato differri potest (nisi inde capiat fides, detrimentum, aut Christiana religione creetur infamia) donec vel maior instet necessitas, vel melior se offerat baptismi opportunitas. Ratio est: quia illa non est omissione absolute, sed solum dilatio, cuius satis rationabiliter tunc occurrit causa. Si quis querat: An præter diuinum, sit etiam Ecclesiasticum præceptum de susceptione baptismi. Respondeo negatiue, quia Ecclesia non habet iurisdictionem in illos, qui non sunt in eam per baptismum ingressi. Ergo non potest illos præcepto addirigere. Patet cōsequenter quia istud est actus iurisdictionis. Antecedens confirmatur per illud, quod (congrueret dicto Apostoli in priori ad Corinth. cap. 5. Quid mihi de iis qui foris sunt iudicare.) Concil. Trid. habet sess. 14. cap. 2. his verbis. Constat certe baptisini ministrum iudicem esse non oportere, cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam per baptismi ianuam fuerit ingressus. Concedendum tamen est Ecclesiam posse parētes Christianos sua iurisdictioni subiectos adstringere, ad recenter natos filios offrendos ad baptismum, & ministris baptismi super eo a liquido iniungere, perinde ac præscribit ritus baptizandi.

## CAPUT IX.

## De effectibus Sacramenti Baptismi.

## SUMMARIUM.

- 60 Primus effectus baptismi conferre anima gratiam iustificantem, & quantum ea non conferatur, aut conferatur aequaliter omnibus.  
 61 Secundus effectus, remissio omnium peccatorum.  
 62 Tertius, remissio omnis pena pro peccatis diuinorum constituta.  
 63 Panis communis naturae humanae in hac vita manent, auseverenda in futura.  
 64 Effectus baptismi ianuam regni coelestis aperiendi, & baptismatum subiiciendi Ecclesiastica iurisdictioni, ac quidam alii.

D his effectibus latius D. Thomas 3. par. quest. 69. art. 6. interpres ipsius: & aduersus hæreticos Bellar. to. 2. in lib. Debaptismo. cap. 12. & aliquot sequentibus. Sed quoniam corrum consideratio remotor est à ratione iudicandi de peccatis nobis propofita, contenti erimus paucis coludem attingere.

Primus est igitur, animæ conferre gratiam insificantem cum comitantibus eam (ex communis Theologorum sententia) virtutibus Theologicis, fide, spe, & charitate: ac septem quæ commemorantur Isaie 11. Spiritus sancti donis: sapientia, inquietum, intellectus, consilii, fortitudinis, sententia, pietatis, ac timoris Domini: atque secundum D. Thomam doctrinam par. 2. quest. 63. art. 3. virtutibus moralibus insulis. Patet hic effectus per illud D. Pauli ad Titum 3. Saluos nos fecit per Iauacru regeneracionis, & renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, &c.] Et per definitionem Ecclesiae in Concil. Vienensis, quæ refertur in Clemen. vñica, De summa Trinit. §. Verum, locum autem habet tam in parvulis, quam in adultis; quia illi, sicut & hi sunt in baptismi membra Christi, ideoque ab ipso recipiunt influum gratiæ & virtutum, tanquam à suo capite. Vnde in Concil. Trid. sess. 5. in decreto de peccato originali nu. quinto,

generaliter & sine distinctione definitur. Baptizatis gratiam conferri, per quam, & veterem hominem exuant, & novum induant. De quibus plenius Suarez disput. 26. s. 2.

Si quæras, an per baptismum omnibus illum suscipientibus detur æqualis gratia. Respondetur cum Francisco à Victoria De sacram. nu. 22. iuxta D. Thomam. 3. par. quest. 69. art. 8. dari quidem æqualem ex vi sacramenti, sed in adultis ratione dispositiones esse inæqualem. De qua re vide. ri potest Suarez disput. 28. s. 3. Videri potest etiam Gregor. à Valen. disput. 4. quest. 4. puncto 1. sub initium, pro refutatio. ne Scotti, & Gabrielis: qui contra D. Thomam afferunt parvulis ob deuotionem offerentium, vel ministrorum ratione prædestinationis diuinæ, dari in baptismino inæqualem gratiam. In quibus scholastici instituti est, non huius nostri immorari.

Secundus baptismi effectus est, remissio omnium peccatorum hoc est originalis, & actualium omnium. Hinc D. Thom. in eadem quest. 69. art. 1. probat per illud Ezechielis 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabitimi ab omnibus iniquitatibus vestris. Quem locum Patres de baptismino intellexisse, ostendit in comment. Suarez. Probat quoque potest quia ex D. Paulo ad Rom. 6. Per baptismum morimur peccato, & vivimus Deo. Ad quod requiritur ut in nobis, suscepto baptismino, nullum vigeat, manente peccatum. Et ex cap. 5. ad Ephes. Christus mundat Ecclesiam suam in lauacro aqua: quod cum sine dubitatione faciat perfecte, nulam relinquit in baptizato vilius peccati maculam. Quia doctrina habetur etiam ex cap. A. parvulo, & ex cap. Regeneratione, De consecr. dist. 4. & ex cap. Maiores. De baptismino, & ex definitione Concilij Floren. in instru. Armenorum, & ex Concil. Trident. in cit. nu. 5. & in sess. 14. cap. 1. De sacram. penitentia, ac demum ex Patribus, quos commemorat Gregor. à Valen. in citato puncto 1. Idem ex Sacra scriptura plenius confirmat, qui voleret videre poterit apud Bellar. in cap. 13. antecitati libri. & tā autoritate Patriū quā rationibus apud Suarezū disp. 26. s. 1. dist. 1. & 3.

Tertius effectus est, persona quæ baptizatur liberatur ab omni pena propter peccatum, diuinum constituta. De hoc D. Tho. in citata quest. 69. art. 2. cuius sententiam omnes doctores admittere notat à Victoria, De sacramentis nu. 20. & aperte confirmant verba D. Augustini relata in cap. Per baptismum, De consecr. dist. 4. & apertius definitio Concilij Floren. in citata instru. Armenorum. Accedit quoque ratio, quam ibidem habet à Victoria: quod post baptismum penitentia non imponatur baptizato: nec ante eundem ab illo exigatur exterior peccatorum suorum confessio. De quo vtroque D. Thom. in preced. quest. 68. art. 5. & 6. at tam illa imponi, quam hæc exigere alioqui deberet, sicut sit in sacramento penitentia. Tum quia ex cap. 6. epist. ad Rom. Quicunque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus: vnde nobis per baptismum (quo effundimur membris illius corporis, cuius ipse caput est) tanquam ei commortui, satisfactio mortis ipsius nobis baptizatis comunicatur ad remedium, ac si ipsi passi, & mortui essent, quemadmodum habet D. Thom. in prius cit. art. 2. Iam vero Christus sua morte satisfecit sufficientissime pro omnibus nostris: totiusq; mundi peccatis, ex prima Ioan. Cap. 2. initio: ita dicere post baptismū penas peccatorū supereſſe, pro quibus debet baptizatus (atisfacere), si Christo morte p. ſlo facere iniuria, limitatione quādā meritorū: ipius quæ sunt infinita.

Ceterum pena huius vitæ, quæ non sunt tam personæ, quæ baptizatur, quasi propriæ, quam communis humana natura: vt morbi, mors, fomes concupiscentia, famæ, sitis & aliae, quæ à Theologis dicuntur penalitates, ac tollentur quidem in vita futura, sed manent in presenti, prout à D. Thom. in eadem quest. 69. art. 3. notatum est. Et probatur quoad priorem partem, per illud Apoc. 21. Abserget Deus omnem lacrymam ab oculis corum, & mors vita non erit, neque lucis, neque clamoris, neque dolor erit ultra, neque prima abiurient. Quod partem vero posteriorē, satis notum est experientia, & ratione conscientiam esse ostendit: primo ex eo quod homo per baptismū fiat Christi membrum, ideoque conueniens fuerit, vt quantumvis esset, sicut Christus, quoad corpus, quo eidem comparetur,

retrahit ut congregariatur: iuxta Apostolum ad Romanos 8.versus 17.

Iraque ad meritum, & exercitum hominis Christiani, reliqua sunt in eo post baptismum eiusmodi penitentes: sicut Iudicium tertio post introductos Israelitas in terram promissionis, reliquit in ea Dominus gentes, ut illis eruditus Israhel. Ne autem praeualeant, & peccatum regnet in nostro mortali corpore, ut obediamus concupiscentiis eius (quod prohibet Apostolus in predicto capitulo 6.) facit baptismi gratia, animam corroborans & ad resiliendum adiuvant, iuxta illud, quod in Concilio Mileuiti capitulo 3. definitur, talem gratiam non solum valere ad remissionem peccatorum quam commissa sunt: sed etiam ad adiutorium, ut non committantur. Refertur De consecr. dist. 4. cap. antepenult.

Quartus effectus, ex ante dictis consequens, est aperto ianuam regni caelestis: nam ut argumentatur in sequenti art. 7.D. Thom. baptismum aperire ianuam regni caelestis, nihil est aliud, quam remouere impedimenta introcundi in illud. Ea autem sunt culpa, & eidem diuinus confutata pena (qua est si de se non impedit omnino, removatur tamen eundem ingrediemur) & iuxta antedicta, per baptismum, utraque perfecte tollitur.

Quintus est: subjicere baptizatum Ecclesiastice iurisdictioni. Nam ex eo quod per baptismum fit quis Ecclesia membrum, consequenter subordinatur ac subjicitur auctoritate eius qui tanquam caput praecepit Ecclesia. Cuiusmodi effectum pronuntie quoque ex baptismi infastigio: ita ut postquam adoleuerint, Ecclesia possit eos penitus coercere cum fuerit opus, contra Erasmum tractans videri potest Gregorius a Valen. in fine cit. puncti primi. Sufficit enim instituto nostro id constare ex definitione Concilij Tridentini 7. De baptismi, can. viii.

Sextus effectus est, tollere irregularitatem ante baptismum ipsum contractam ex peccato quoconque, vel ex eo quod est ex peccato consequens, ut infamia. De qua re agetur in sequenti lib. 30. tractatu secundo. Neque in ea necesse est immorari: cum vix iam alii in nostro orbe baptizentur, quam infantes talis irregularitas incapaes.

Septimus effectus est character: de quo nihil occurrit addendum ad ea que dicta sunt in predicto libro cap. 6. Praeter hos sunt alii effectus falsi, quos heretici tribuunt baptismino, refutati a Bellarmino in lib. De bapt. cap. 14. & aliquot sequentibus.

## CAPUT VLTIMUM.

De dispositionibus quas predictorum effectuum productio requirit, in suscipientibus Baptismum.

## SUMMARIUM.

- 65 Dispositio quo ad corpus: & quid agendum quando ipsum est monstratum.
- 66 Dispositio quo ad intellectum: recta fides.
- 67 Quo modo interueniat ista dispositio in baptismino parvulum.
- 68 Aliquot propositiones pro explicatione difficultatis, An ad baptismum parvolorum requiriatur consensus parentum.
- 69 Dispositio ad baptismum ex parte voluntatis, qua est penitentia.
- 70 Qualis debet esse talis penitentia.
- 71 Intentio requirita ad baptismum, quam extortam esse metu nihil obstat.
- 72 Suffici virtualem esse.
- 73 Brevia responsa ad difficultatem de eff. eti. baptismi impeditos, ut veram obtainatur recidente fictione.
- 74 Ad tollendam eiusmodi fictionem attrito non sufficit, sine sacramento penitentia.

**P**RIMA dispositio est quod corpus ut quantum sufficit ad baptismum, iuxta tradita in posteriore parte capitulo predicto, ipsum ablui possit. Quod quia nequit comode fieri ante egressum ex vetero: expectandus est talis egressus, nisi mors immineat, ut D. Thom. 3. p. 1. quest. 68. art.

11. ad 4. exprefit, & attigitus loco citato. Iam si corpus monstratum sit, seruanda est haec regularis Angelo in verbo Baptismus 5. §. 5. & Sylu. codem verbo 3. quest. 10. & Toloto in sua summa lib. 2. cap. 21. ut si confiter haberet tantum unam animam rationalem (qua scilicet habet tantum unum caput, & unum pectus, licet alia membra multiplicantur: prout expressit Sotus in 4. dist. 3. quest. vñta a art. 9. col. 11.) & ideo esse tantum unum hominem: unicus baptismus conferatur. Sin contra confiter duas animas habere (qua scilicet habet duo capita, & pectora, vel sub duobus capitibus unum pectus) ideoque esse duos homines, duplicit actu baptizetur: vel si necessitas virget, uno: sub illa forma, Ego vos baptizo. Quod si dubium sit, an habeat duas rationales animas (qua scilicet sub uno capite, sunt duo pectora, vel sub duabus capitibus unum pectus) duplex baptismus est conferendus, inquit Toloto: unus absolute, ei qui perfectius caput, aut pectus habere apparebit, & alter sub conditione.

## Dispositio ex parte intellectus &amp; consensus parentum.

## SECTIO PRIOR.

**S**ECUNDA dispositio, quod animam ex parte intellectus, est recta fides: eo modo quo exprefit Gregorius a Valen. disp. 4. quest. 3. pun. 3. assert. 3. inquietus. Et si in adultis ad baptismi veritatem non requiratur recta fides, dummodo illi intentionem habeant recipiendi id quod Ecclesia adminifrat; etiamen requiritur, ut principalem baptismi effectum, nempe gratiam, ipsi consequantur. In parvulis autem sufficit habitualis fides, quam suscipiunt cum sacramento: neque ad veritatem, neque ad effectum baptismi, requiritur ipsorum proprius fidei assensus: sed eis ad utrumque sufficit recta Ecclesiastica fides: sicut & cisternam sufficit prava Adami voluntas ad contrahendum peccatum originale. Cuius doctrinæ, quam idem Authoribi bene confirmat, haec fundamenta D. Thom. habet 3. parte quest. 68. art. 8. & 9.

Primum est, quod sacramentum non perficiatur per iustitiam conferentis aut recipientis baptismum: sed per virtutem Dei. Unde fit ut baptizati ab hereticis cum materia & forma, intentioneque debita, non rebaptizentur redeentes ad Ecclesiam Catholicam, ex cap. Si qui apud illos, & cap. Quamvis, De consecr. dist. 4. Tale enim baptismus fuit verum, prout Concil. Tridentini definit scilicet 7. De baptismino, can. 4.

Alterum est, quod iustificatio peccatoris non contingat sine fide: Apoloporto docente ad Romanos 3. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi: & ad Hebrei 11. Impossibile est sine fide placere Deo. Id quod habetur etiam ex definitione Concilij Tridentini, lxx. 6. cap. 6. & 7. hincque sequitur quod hereticus, ut pote infidelis, non sumat baptismum ad salutem, sed ad perniciem: prout dicitur in citato cap. Quamvis.

Tertiun est, quod regeneratio spiritalis: quæ fit per baptismum, sit quodammodo simili nativitatē carnali, in hoc: quod sicut pueri in maternis uteris constituti, non per se ipsos nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimento matris sustentantur: ita etiam pueri nondum habentes usum rationis: quasi in utero matris Ecclesie constituti, non per se ipsos, sed per auctum eiusdem Ecclesie, salutem accipiunt. Ita docens D. Thom. in citato art. 9. ad 1. addit ex D. Augustino id quod inde sequitur, matrem, Ecclesiam os maternum (ad profundam scilicet Christi fidem) parvulus præbere, ut fascis mysterijs imbuatur: quia nondum possunt credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Et, ut ipse subiungit, quod dicitur de fide, idem potest pari ratione dici de dilutionibus ex parte voluntatis: nempe de penitentia & intentione, qua mundo & Diabolo abrenunciantes, eligant Christi seruitio mancipari. Id quod ut in nostro instituto remotius, relinquimus Theologis scholasticis. Qui volet videat Bellarm. in memorato libro de baptismino, cap. 8. & nonnullis sequentibus. Quia etiam de causa suffici paucis perfringere, quod Suarez latius tractat disp. 25. utrum consensus parentum sit necessarius ad baptismum parvorum, hique inutis illis baptizari possint.

\*\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*

\*